

A2^r

GEORGIVS
FABRICIVS CHEMNICENSIS
MATTHIAE MARCO DABER=
CVSIO LVDI SVERINEN=
SIS MAGISTRO

8. D.

POETAM EPICHAR
mum, ut Ariftoteles
ait, antiquiffimum:
ut Plutarchus tefta=
tur, Pythagoræum,
multa tradidiffe ad
puerilem ætatem i=
donea, in eius legitur epitaphio, quod
quicunq̃ mortuo pofuit, ad eius lecti=
onem alios ftuduit inuitare. Ipſum
autem tanti præceptoris inftitutione
lapientem, & moribus honeftum, &
oratione politum fuiſſe colligimus,
tales enim puerili educationi conue=
niunt: & ad eam non alij, quàm eru=
diti, morati, & elegantes uiri funt ad=
A 2 hibendi.

A2^v

EPISTOLA

hibendi. Epicharmi imitatore[m] fui[ss]e
 se Plautum, Horatij testimo[n]io no-
 tum est: & Siculo Romanum non
 fuisse inferiore[m], facile nobis persua-
 demus. Varronis enim & Ciceronis
 de ingenio, urbanitate, elegantia
 Plauti in primis honorifica extant te-
 stimonia: quem etiam alij quidam
 linguæ Romanæ principem, & elo-
 quentissimum antiquorum dicere
 non dubitauerunt. Sermo eius Ae-
 lij Stilonis sententia, puritate Mufa-
 rum similimus: ioci non nigro Mo-
 mi, sed candido Mercurij sale con-
 spersi: sententiæ grauitatis atque le-
 poris habent plurimum, eaq[ue] seu
 doctrinam seu repræhensionem con-
 tinent, uel summo philosopho sunt
 dignæ. Ex huius Comædijs unam
 hoc tempore partem, quæ sermonis
 proprij & Romani est, delegimus,
 idq[ue] puerorum gratia, quibus neque
 integri auctores proponi possunt,
 ætatis imperitiam: neque negligi ta-
 men debent, propter suscepti à nobis
 muneris

A3^r

DEDICATORIA.

muneris rationem. Ad prima enim illa de Dei cognitione, de quibus animorum salute praecepta, quae animis teneris ac rudibus, in Scholis Christianis instillantur, Catechismum nominamus, proximè adiungendae exercitationes sunt, quibus lingua ipsorum balbutiens, optimis purissimisque uerbis imbuatur & conformetur.

Ad humanitatem autem uirtutemque stabilendam, & ad commune Reip. quasi aedificium, dum auxilij appertemus aliquid, etiam si labor obscuro sit, minimè tamen eum refugimus, & ut in fabricarum aut artificum numero non sumus, inter cementarios tamen non fastidimus adhiberi. In hac autem ardenti atque optima uoluntate, cum deprauata hominum iudicia, tum literarum atque ueritatis contemptus, institutionem nobis reddunt difficilissimam: quamobrem, quod saepe facimus, studiosos contra temeritatem & mendacium instruendos monendosque arbitramur: tum

A 3 confir

A3^v

EPISTOLA

confirmandos præterea ne ulla mo=
lestia aut acerbitate delpondentes a=
nimum deferant officium suum. Re=
tinenda ante omnes contra opinio=
nem imperitorum in ludis literarijs
hæc sententia est, uera, antiqua, ne=
cessaria, nihil scilicet in orationem
improprij aut inquinati admitten=
dum. Vt enim in uestitu populari,
sic in communi fermone plurimum
interest, ut apta & habilia omnia
sint, & consuetudini honestæ con=
sentanea. Militum uestes, quibus
nunc femora tegunt, nautarum uelis
esse uidemus laxiores: & ita difficilias
atquè laceratas, ut Abfyrty aut Marfyæ
corpus, quod in fabulis est, mutilum
laniatumquè magis non fuerit, quàm
cum in caltris Turcicis militum cap=
tiuorum corpora ad uestium for=
mam fuerunt diffecta. Talibus si=
miles sunt, qui oratione incompofita
& diffoluta, & abfurda loquacitate
delectantur, quàm infuper defor=
mant leuitate atque ineptijs quos
fulto=

A4^r

DEDICATORIA.

ftultorum militum fortunam expe=
riri par erat, ut ære diruti capitæue di=
minuti, ex Scholis perpetuò relega=
rentur ad barbaros. Nolis rerum
proprijs, & cura uerborum neglec=
ta, error & obfcuritas nascitur: in
oratione autem in qua labefactatur
ueritas, & implicatur intelligentia,
quid loci relinquitur prudentiæ? hac
uerò sublata, quid omnino inter ho=
minem garrientem, aut rudentem
afinum est discriminis? Veterum
sapientum hoc ftudium femper fuit,
ut cum perfpicuè & decorè, tum eti=
am cum ornatu animi fui cogitata
efferrent. Academicorum & Pe=
ripateticorum libri sunt in manibus,
qui id testificantur: sunt item medi=
corum: sunt ueterum iureconfulto=
rum apud Romanos: quorum eru=
dita excultaqũ præclaris sententijs &
uerbis lectifsimis sapientia fuit. E=
picureos meritò odio prosequimur,
qui ut in uita leuiore, ac diffolutio=
res ita & in fermone inquinatiores

A 4 fue=

A4^v

EPISTOLA

fuerunt. Recentiorum nostrorumque exempla, quæ propemodum infinita sunt, proferre si uellem, nimis multos omnium disciplinarum ac professionum homines offenderem, qui pertinaces quàm boni haberi, errare malunt, quàm corrigi, nam ne iudices aliquos, atque, ut ipsis uideatur, minorum quasi ordinum censores admittant, regio iure utuntur, nostramque cum ludibrio nimis exquisitæ diligentiae, ac inutilis curiositatis, illiberaliter atque iniuste damnant sententiam. Atqui in conatu utili & præclaro, ad istos nequaquam respiciendum est, sed cogitandum de re ipsa, quàm necessaria in studiis sit, & quanta cum laude coniuncta. Nec reprimere fortem animum atque erectum debet, Cyclopica illa eruditio, humanitatis, atque ordinis contentio: quæ quidem ita indies inualefcit, ut hominibus literatis non modo dignitas, sed ne fructus omnine laborum molestissimorum sit expectandus.

A5^r

DEDICATORIA.

tandus. Theodorum Gazam ho=
 spitem doctifsimum, & de philofo=
 phia uetere literisqũ optime meritum,
 Italia egere paffa eft: & Cæfarium:
 Sturnum, Plateanum iam fenes, &
 à copiofis difcipulis, & à ciuitatibus
 forentibus ali non potuiffe, nos me=
 minimus. Romanorum antiqua
 uirtus & frugalitas cum in fuperbi=
 am luxuriámqũ mutata effet, multi in
 extruendis balneis, gefationibus,
 cænationibus: tum ut conditores lau=
 tos, elegantes ftructores, coquos de=
 niqũ peritos haberent, ampla pro=
 fuderunt patrimonia: fed idem in do=
 cendis infitudifqũ liberis, & in con=
 ducendis idoneis magiftris, turpif=
 fimè negligentes, & perniciofifsimè
 auari erant: de qua re, ne quem ipfe
 accufem, Satyricum audiamus:
 Balnea fexcentis, & pluris Porticus, in qua
 Gefitetur dominus, quoties pluit: anne Serenum
 Expectet, fpargatqũ luto iumenta recenti?
 Híc potius: naqũ hic mundæ nitet ungula mulæ:
 Parte alia longis Numidarum fulta columnis

A 5 Sur=

A5^v

EPISTOLA

Surgat, & argentem rapiat Canatio folens.
Quanticunq̄ domus: ueniet, qui fercula docté
Componit: ueniet, qui pulmentaria condit:
Hos inter fumtus fertertia Quintiliano,
Vt multum, duo fufficient: res nulla minoris
Conftabit patri, quàm filius.
Verum precio tam uili cum doceret
præceptor, fortaffe & uoluntas erga
eum prolixior, & otium honoratius,
& maior quies ei in opulentorum fa=
milijs fuit. Minimè quidem, nam
grauiores quærelas idem poëta cum
iuftra indignatione cumulat: præter=
quam enim quòd impar laboribus
merces datur, de eâdem fuam ad=
huc partem detrahit feruus alienfis,
nec reliquam prius numerat, quàm
iuffus à tribuno ærario id facere co=
gatur: nihil reputans antelucans
doctoris operas, quibus ne quæftuo=
fi quidem fordidiq̄ artifices pluribus
exercentur: nihil cotidianas mole=
ftias, quarum in puerorum frequen=
tia plurimæ fine intermiffione, ma=
ximo

A6^r

DEDICATORIA.

ximo cum tædio sunt deuorandæ.

Accedunt ad hæc improbissima o=
nera, & quasi exactiones quædam
operarum, quæ cum odio & impor=
tunitate mod in doctrina, modò in
disciplina, in totius denique uitæ cu=
ra, imponi & requiri à parentibus
folent: sic enim pergit poëta:

Sed uos sæuas imponite leges,

Vt præceptori uerborum regula confet:

Vt legat hiftorias, auctores nouerit omnes,

Tanquã ungues digitosquẽ suos: ut fortè rogatus

Cum petit aut thermas, aut Pauli balnea: dicat

Nutricem Anchifæ, nomen patriamquẽ nouercæ

Anchemoli: dicat quot Acestes uixerit annos.

Exigite ut mores teneros ceu pollice ducat,

Vt si quis cera uultum facit: exigite ut fit

Et pater ipfius cætus.

Literarum itaque neglectio, & ho=
minum ingratitude, quamuis om=
nibus temporibus magna: depraua=
tis uerò pænè intolerabilis extiterit:

non ideo tamen doctrinam, uirtu=
témquẽ

A6^v

EPISTOLA

témq̄ uulgi ac turbæ iudicio debe=
mus contemnere: nec opinionibus
indoctorum, aut ingratorum mori=
bus difcedere ab officio, aut remit=
tere impetum bene merendi de plu=
rimis: primum enim rectè factorum
confcientia, & functionis honestif=
fimæ recordatio, præmium lingu
lare & pulcerrimum eft: deinde ip
fe Deus illos, quibus quali incuna=
bula fuæ commifit Ecclefiæ, egere
non patietur: cuius in te nuper ex=
emplum nobis optatifimum prop
fuit. Hæc & contra corrupta mul
torum iudicia, pro literis uerè ac li=
bere: & contra contemptum earum,
modestifimè dicta, etiamli aliena
nonnihil ab inftituto fuerint, liben=
ter arripui, apud te ut exponerem,
tibiq̄ fimul hos libellos pueriles ex
Plauti Terentijsq̄ fcriptis collectos,
offerrem Matthia Compater, non
ut rem meritis in me tuis parem, aut
iudicio dignam, fed ut tibi à medi=
fcedenti

A7^r

DEDICATORIA.

ſcedenti promiſſum munuſculum.
Immortales autem Ioachimo Came=
rario uiro & doctrina multiplici, &
ſummis uirtutibus clarifſimo, pro
lingulari induſtria atque eximio ſtu=
dio gratias debemus: qui nunc Pau=
tinas fabulas nuper reſtituit, tanta
felicitate, ut unius illius diligentiae
in emendando, plus quam omnium
caeterorum laboribus in commen=
tando tribuendum uideatur. Pla=
cuit Publij Mimographi uerficulos,
cum alijs quibudam in unum col=
lectis ſententijs, ex poetis Latinis, &
quibudam Graecis, quorum ſenten=
tias M. Tullius alijquã latinas fece=
runt, ad finem adijcere, cum uenu=
ſtatis gratia tum breuitatis maximè,
quæ & puerorum ingenijs conue=
niens & accommodata memoriæ
eſt: ut autem intelligerentur facilius,
Eraf. Roterodami ſcholia ad Mi=
mos addidimus: ad reliquas ſenten=
tias, noſtra, idquã eam etiam ob cauſ=
fam,

A7^v

EPIST. DEDICAT.

fam, ut auctorum nomina ne retinere-
cerentur, & ut Publi sententiae in
exemplari antiquo à me inuentae,
suo pariter loco inferentur. Quòd
si in Scholam tuam hæc recipienda
conferbis, gaudebo alijs prodesse hanc
operam: sin aliter uidebitur tibi, de
tua sententia iudicium mutabo me-
um. Deus faciat, ut simus saluta-
ria membra Ecclesiae. & ad honesta
studia colenda & propaganda
tranquillitatem Reip. largia-
tur. Vale feliciter. Mife-
næ, è ludo illustri,
Natalibus Tertijs.
Anno Christi
M. D. LIII.

Pueris

A8^r

PVERIS STV=

DIOSIS.

IN Plautinis numeris an=

notandis fecuti fumus

exemplum doctifsimi ui

ri Ioachimi Camerarij,

quod excudit Bafileæ

Heruagius: in Terentianis noſtrum,

quod edit Argentorati Rihelius.

Comœdiarum nomina

primis tantum literis

funt ſignata,

hoc modo.

PLAVTI.